

Deinde prestitit eciam corporale iuramentum se velle adimplere penitenciam sibi iniunctam vel ^{a)} in poster[is] ^{b)} iniungendam ecclesiasticam et temporalem in corpore et rebus absque vara, presentibus testibus etc.

Item anno quo supra X kalendas Marcii hora nona in castro montis sancti Willibaldi coram dicto domino reverendo episcopo constitutus ^{c)} dictus ^{d)} Conradus Kannler publice recognovit se velle subire gracie seu penitencie sibi per dictum episcopum iniungende tam in corpore quam rebus et eandem penitenciam velle adimplere, presentibus Heinrico de Westerstetten, Betzone de . . . ^{e)}, Walthero Schubel, Eberhardo de Freyenhausen, Burckhardo de Pleinfelt iudice, dicto Kempnaten, dicto Rokobpp et dicto Kandlein civibus etc.

^{a)} vel *fehlt* PH
^{e)} *Lücke* P.

^{b)} posterum H

^{c)} constituto P

^{d)} dicto P

2.

Articuli confessi per Iohardum Henne Becker
non secundum ordinem confessionis, sed sentencie

St.-A. Koblenz Abt. 701 Cod. 176 fol. 2r—3v. = K

(Marginalien der Hs. werden hier in Klammern gesetzt).

vgl. G. Ritter, ZKG. 43 (1924) 153—159 aus Cod. Vat. Pal. lat.

870 fol. 154v—157r. = R

Titel: Articuli confessi per Johannem Iohardum in Moguncia anno domini 1458 mense Augusto et Septembri. Alle Correlaria fehlen hier.

(Prima materia de spiritu sancto). ^{a)}

Inprimis fundat omnia ^{b)} dicta sua in hoc, quod ^{c)} lapsis annis circiter XVI in ultima die, ut putat, festivitatis penthecosten ^{e)}, dum staret inclinatus in ecclesia sancti Petri et ^{d)} Pauli Maguncie, audit in summitate ecclesie sonitum, qui descendit super eum. Et in illo sonitu recepit spiritum sanctum. Et ille spiritus sanctus pressit eum adeo, quod magnum dolorem sensit interius. Et quod ^{e)} postea sepius raptus sit in suo ^{f)} interiori homine.

^{a)} Prima . . . sancto *fehlt* R ^{b)} *statt* omnia: intencionem et R ^{c)} *st.* quod . . . penthecosten: videlicet quod a. d. 1442 ultima die ante octavas penthecostes R ^{d)} Petri et *fehlt* R ^{e)} quod *fehlt* K ^{f)} sui K.